

---

---

**BOLETIN**  **OFICIAL**

DEL

**OBISPADO DE OSMA.**

---

---

Este BOLETIN se publica ordinariamente los días 15 y 30 de cada mes, pudiendo anticiparse ó retrasarse algún número, cuando las necesidades del servicio lo reclamen y así lo disponga el Prelado. La colección será objeto de Santa Visita.

La Administración del BOLETIN está á cargo de la Secretaría de Cámara, donde se admiten subscripciones, mediante pago anticipado de 6 pesetas al año. A las fábricas se hará cada semestre el descuento estrictamente necesario.

---

---

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

LITTERAE ENCYCLICAE

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS

VNIVERSOS CATHOLICI ORBIS

GRATIAM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES

---

*(Prosequitur).*

Ea valeant universe quae idem Augustinus ad Hieronymum scripsit: «Ego enim fateor caritati tuae, solis eis Scripturarum libris qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum auctorum scribendo aliquid errasse firmissime credam. Ac si aliquid in eis offendero litteris quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mendosum esse codicem, vel interpretem non

assecutum esse quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam (1).»

At vero omni graviorum artium instrumento pro sanctitate Bibliorum plene perfecteque contendere, multo id maius est, quam ut a sola interpretum et theologurum solertia aequum sit expectari. Eodem optandum est conspirent et connitantur illi etiam ex catholicis viris, qui ab externis doctrinis aliquam sint nominis auctoritatem adepti. Horum sane ingeniorum ornatus, si nunquam antea, ne nunc quidem, Dei beneficio, Ecclesiae deest; atque utinam eo amplius in fidei subsidium augetur. Nihil enim magis oportere ducimus, quam ut plures validioresque nanciscatur veritas propugnatores, quam sentiat adversarios; neque res ulla est quae magis persuadere vulgo possit obsequium veritatis, quam si eam liberrime profiteantur qui in laudata aliqua praestent facultate. Quin facile etiam cessura est obtrectatorum invidia, aut certe non ita petulanter iam traducere illi audebunt inimicam scientiae, fidem, quum viderint a viris scientiae laude nobilibus summum fidei honorem reverentiamque adhiberi.—Quoniam igitur tantum illi possunt religioni importare commodi, quibus cum catholicae professionis gratia felicem indolem ingenii benignum Numen impertiit, ideo in hac acerrima agitatione studiorum quae Scripturas quoquo modo attingunt, aptum sibi quisque eligant studii genus, in quo aliquando excellentes, obiecta in illas improbae scientiae tela, non sine gloria, repellant.—Quo loco gratum est illud pro merito comprobare nonnullorum catholicorum consilium, qui ut viris doctioribus suppetere possit unde huiusmodi studia omni adiumentorum copia pertractent et provehant, coactis societatibus, largiter pecunias solent conferre. Optima sane et peropportuna temporibus pecuniae collo-

---

(1) *Ep. LXXXII, 1 et crebrius alibi.*

candae ratio. Quo enim catholicis minus praesidii in sua studia sperare licet publice, eo promptiorem effusio-rioremque patere decet privatorum liberalitatem; ut quibus a Deo aucti sunt divitiis, eas ad tutandum re-velatae ipsius doctrinae thesaurum velint converte-re.—Tales autem labores ut ad rem biblicam vere proficiant, insistant eruditi in iis tamquam principiis, quae supra a Nobis praefinita sunt; fideliterque tene-ant, Deum, conditorem rectoremque rerum omnium, eundem esse Scripturarum auctorem: nihil propterea ex rerum natura, nihil ex historiae monumentis co-lligi posse quod cum Scripturis revera pugnet. Si quid ergo tale videatur, id sedulo submovendum, tum adhibito prudenti theologorum et interpretum iudicio, quidnam verius verisimiliusve habeat Scrip-turae locus, de quo disceptetur, tum diligentius expensa argumentorum vi, quae contra adducantur. Neque ideo cessandum, si qua in contrarium spe-cies etiam tum resideat; nam, quoniam verum vero adversari haudquaquam potest, certum sit aut in sacrorum interpretationem verborum, aut in alte-ram disputationis partem errorem incurrisse: neutrum vero si necdum satis appareat, cunctandum interea de sententia. Permulta enim ex omni doctrinarum genere sunt diu multumque contra Scripturam iactata, quae nunc, utpote inania, penitus obsolevere: item non pauca de quibusdam Scripturae locis (non proprie ad fidei morumque pertinentibus regulam) sunt quondam interpretando proposita, in quibus rectius postea vidit acrior quaedam investigatio. Nempe opinionum com-menta delet dies; sed «veritas manet et invalescit in aeternum (1)». Quare, sicut nemo sibi arrogaverit ut omnem recte intelligat Scripturam, in qua se ipse plura nescire quam scire fassus est Augustinus (2), ita, si quid inciderit difficilius quam explicari possit,

---

(1) III Esdr. 4, 38.—(2) Al Irvar. ep. LV, 21.

quisque eam sumet cautionem temperationemque eiusdem Doctoris: «Melius est vel premi incognitis sed utilibus signis, quam inutiliter ea interpretando, a iugo servitutis eductam cervicem laqueis erroris inserere (1).»—Consilia et iussa Nostra si probe verecundeque erunt secuti qui subsidiaria haec studia profitentur, si et scribendo et docendo studiorum fructus dirigant ad hostes veritatis redarguendos, ad fidei damna in iuventute praecavenda, tum demum laetari poterunt digna se opera sacris Litteris inservire, eamque rei catholicae opem afferre, qualem de filiorum pietate et doctrinis iure sibi Ecclesia pollicetur.

Haec sunt, Venerabiles Fratres, quae de studiis Scripturae sacrae pro opportunitate monenda et praecipienda, aspirante Deo, censuimus. Iam sit vestrum curare, ut qua par est religione custodiantur et observantur sic ut debita Deo gratia, de communicatis humano generi eloquiis sapientiae suae, testatius eniteat, optataeque utilitates redundent, maxime ad sacrae iuventutis institutionem, quae tanta est cura Nostra et spes Ecclesiae. Auctoritate nimirum et hortatione date alacres operam, ut in Seminariis, atque in Academiis quae parent ditioni vestrae, haec studia iusto in honore consistent vigeantque. Integre feliciterque vigeant, moderatrice Ecclesia, secundum saluberrima documenta et exempla Ss. Patrum laudatamque maiorum consuetudinem: atque talia ex temporum cursu incrementa accipiant quae vere sint in praesidium et gloriam catholicae veritatis, natae divinitus ad perennem populorum salutem.—Omnes denique alumnos et ministros Ecclesiae paterna caritate admonemus, ut ad sacras Litteras adeant summo semper affectu reverentiae et pietatis: nequaquam enim ipsarum intelligentia salutariter ut opus est patere potest, nisi remota scientiae *terrenae* arrogantia, studio-

---

(1) *De doctr. chr.* III, 9 18.

que sancte excitato eius *quae desursum est* sapientiae. Cuius in disciplinam semel admissa mens, atque inde illustrata et roborata, mire valebit ut etiam humanae scientiae quae sunt fraudes dignoscat et vitet, qui sunt solidi fructus percipiat et ad aeterna referat: inde potissime exardescens animus, ad emolumenta virtutis et divini amoris spiritu vehementiore contendet: *Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum* (1).

Iam divini auxilii spe freti et pastorali studio vestro confisi, Apostolicam benedictionem, caelestium munerum auspicem Nostraeque singularis benevolentiae testem, vobis omnibus, universoque Clero et populo singulis concredito, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XVIII novembris ann MDCCCXCIII, Pontificatus Nostri sextodecimo.

LEO PP. XIII.

---

## BREVE DE BEATIFICACIÓN DEL V. SIERVO DE DIOS

JUAN DE AVILA

TEXTO LATINO.

LEO PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolicis operariis quos Evangelicus Dominus ad vineam suam excolendam providentissime mittit, nullo unquam tempore caruit Ecclesia Dei, et quod Redemptor humani generis discipulis suis salutare praeceptum dedit «Euntes docete omnes gentes» illud omni aetate ipsa in Ecclesia ita viguit, ut nunquam in ea strenuissimi desiderati sint Chris-

---

(1) Ps. XVIII, 2.

ti administri qui divinam Sapientiam late populis nuntiarent. Hos inter praestantes supernae veritatis praecones sapientiae simul ac sanctimoniae laude conspicuos, iure recensendus est Venerabilis Dei famulus Joannes de Avila presbyter saecularis, qui in nobilissima Hispana terra, tot Sanctorum virorum altrice, decimosexto saeculo floruit, et cui propter singularem asceseos tradendae artem Magistri cognomentum adhaesit. Natus est in oppido «Almodovar» Prioratus Cluniensis die sexta Ianuarii Mensis, An. MD, honesto loco Alphonso de Avila et Catharina Chicona genitoribus. Mirifica in puerulo virtutis indoles; pietatis studio, innocentia vitae, modestia et virtutis custode verecundia inter aequales suos ad exemplum enitebat. In humanitatis ac literarum studiis versatus est diligenter, ac tantus brevi iisdem in liberalibus disciplinis, acris ingenii adolescens, progressus nactus est, ut quatuordecim annos natus Salamantinum Athenaeum ingressus sit. Verum ibi dum sedulam iuri operam navaret arcano Dei munere tactus ad cor sibi loquentis, atque ut superius adscenderet amica voce invitantis, omnia statim quae terram saperent despiciens, studiorum Universitate relicta, paternam repetiit domum, atque in humili et secreto conclavi, poenitentiae ac solitudinis amore ductus, vitam cum Christo in Domino absconditam agere coepit. Quare peculiarem Divini illius Agni, qui inter lilia pascitur, dilectionem quaerens, innocens corpus ieiuniis, vigiliis, flagellis compescuit, ingenuam animi simplicitatem morumque candorem omnibus pietatis exercitationibus aluit. Iam tres sese verterant anni ex quo Venerabilis Dei famulus Joannes, tam asperam vitae rationem suscepit, cum pii cuiusdam patris Ordinis S. Francisci Asissiensis adhortationibus permotus, ad studia philosophiae et sacrae theologiae animum adiecit, et ineundi Sacerdotii consilium accipiens, in arduas

easdem disceptationes adeo processit, ut ipsi antecessores, inspectis acuto intellectu, tenaci memoria, atque impigra diligentia, brevi illum Hispaniae totius sapientissimum fore, sint ominati. Studiorum curriculo absoluto, ac sacerdos inunctus, virtutum omnium perfectioni se penitus dedit, et Apostolici ministerii desiderio flagrans, sacras extremos ad Indos expeditiones mente molitus est. Quare patrimonium suum vendit, donatque pauperibus seque ultro exhibet comitem primo Tlascalensi Antistiti ad Mexicum maritimo itinere solventi. Sed dum Hispali tempestivum ad navigandum mare expectat Alphonsus Manrique Civitatis illius Archipraesul, ac Supremus Sacrae Hispaniarum Inquisitionis moderator, aegre ferens quod eximiae pietatis ac doctrinae vir, natalem terram desereret, Venerabilem Dei famulum ad se arcessitum, ac frustra renuentem, in Hispania iubet manere. Dicto audiens et ipsius Antistitis votis obsecundans, qui commissi sibi gregis spirituali emolumento prospiciens, eum ad Apostolicos in patria labores exantlandos vocabat, provinciam illam coepit maxime difficilem, in qua multorum operariorum animos gerens quinque et quadraginta annos constantissime desudavit. Et sane Hispalim, Cordubam, Granatam, Astigim, Biatiam, Montiliam aliasque Vandaliciae Civitates sacris concionibus lustrat; populum audiendi cupidum et catervatim ad eum confluentem, eloquio diserto, et exemplo sanctitatis ad divinarum rerum studia revocat; ubicumque concionatur christianorum morum laus reviviscit. Videre erat pendentem ab ore plebem, dum sacer orator vultu oculisque mirandum in modum emicantibus, acerbis vitia verbis increparet, et modo lacrymas cieret, modo salutari audientium corda timore percelleret. Neque uberes defuere fructus. Sublatae enim sunt eius opera simultates non paucae; factionum partes extinctae; non raro inter domesticos parietes restitui-

ta pax; vitia saepe inveterata radicitus evulsa; invecta morum integritas, aucta pietas, et aeternae animarum salutis studium excitatum; ac tot tantaeque ad eas regiones utilitates ex sacris ipsius Joannis expeditionibus manarunt, ut iure meritoque Venerabilis Dei famulus de Avila Magister ac Vandalitiae Apostolus habitus dictusque sit. Nec verbo tantum et piis ex suggestu habitis concionibus quae Catholico nomini bene, prospere ac feliciter evenirent curavit, verum etiam operibus, ac typis editis scriptis, ut in via spiritualis perfectionis fidelium animae dirigerentur consuluit. Idcirco solitus erat aegrotos invisere; animam agentibus usque ad extremum spiritum assidere; egenis familiis nec requirentibus opem ferre; solari calamitosos; consilio et opera prout res postularet, proximos quotidie iuvari. Conscientiae onus ponentibus, benignas in piaculari exedra aures praebebat; ac modo eruditis commentariis Sacras Scripturas ex cathedra illustrabat, modo pueris ac villicis pedestri sermone Catechesim tradebat; et mira in epistolis quas scripsit, sanctimoniae ac sapientiae suae extant documenta. Quum vero aliorum saluti curandae tam sedulo deditus esset nihil siquidem praetermisit ut perfectionem absolutionemque virtutum, quas complexus erat assequeretur, recte iudicans seipsum abundare oportere iis omnibus laudibus ad quas excitaret alios, et plus valere sermonem si confirmaret exemplo. Quamobrem tantam de se famam excitavit, ut Romani Pontifices Decessores Nostri amplissima illi munera commisserint, ac viri eminenter, Sancti, quos iamdiu in Caelitum ordinem adscriptos veneratur Ecclesia, eius consiliis se regi voluerint, Magistrumque appellaverint. Venerabilis enim Dei Servus de Avila, ad honestam primum vitae rationem traductum Sanctum Joannem de Deo, ad perfectionis et sanctimoniae semitam decurrendam verbo et exemplo excitavit; Sancto Ignatio Loyolaeo usus est



familiariter, et in Hispania nascentem Societatem Iesu fovit peramanter. Sanctum Franciscum Borgia ut imperatoris aula relictam, illecebris mundi valediceret, hortatus est; denique Sancto Petro ab Alcantara et Sanctae Theresiae a Iesu sapientibus monitis ac consiliis praeluxit. Verum dum stola decoris tam splendida indutum, illum Hispania universa tamquam divinae voluntatis oraculum mirabatur, annum agens aetatis suae septuagesimum Venerabilis Dei famulus Ioannes de Avila apostolicis laboribus, ac diutino morbo confectus, Montiliae die decima Maii mensis anno MDLXIX, placidissimo exitu, cum suavissima Iesu et Mariae nomina intermortuis labiis insiderent, obdormivit in domino. Cum morte tamen haud periit Venerabilis Servi Dei memoria, corpus quidem conditum sepulchro est, virtutum vero notitiam consequentes etiam aetates acceperunt. Itaque sanctimoniae fama quam et vivus praeclaram habuerat, maior post eius funera facta est, succrevitque in dies innumeris probata portentis quae Sancti viri patrocinium gratum Deo acceptumque ostendebant. Quare de eiusdem Venerabilis Dei famuli Beatificatione et Canonizatione in Sacrorum Rituum Congregatione causa agitari coepta est. Praemissis iis omnibus actis quae Apostolicae Constitutiones in causis huiusmodi servari iubent recondendae memoriae Clemens PP. XIII per decretum Sexto idus Februarias anno MDCCIX datum virtutes quibus vivens ipse Venerabilis Dei Servus inclaruerat heroicum attingisse gradum testatus est. Deinceps in eadem Sacrorum Rituum Congregatione institutum iudicium est de miraculis quae deprecante Ven. Dei famulo Ioanne de Avila a Deo patrata ferebantur, rebusque omnibus severissime ponderatis tria miracula vera atque explorata sunt habita, Nosque per decretum pridie Idus Novembres superioris anni datum, eorundem veritatem miraculorum declaravimus. Illud supererat

nempe, ut Ven. Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Congregationi Sacris tuendis Ritibus praepositi rogarentur, num stante, ut superius dictum est heroicarum virtutum et miraculorum approbatione tuto procedi posse censerent ad Beatorum honores eidem Dei famulo decernendos; hique in generali conventu IV Calendas Decembres eiusdem anni coram Nobis habito tuto id fieri posse unanimi consensione responderunt. Attamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus, donec fervidis precibus a Patre luminum subsidium posceremus. Quod cum impense fecissemus, tandem Dominica prima Quadagesimae huius vertentis anni solemniter decreto pronunciavimus procedi tuto posse ad solemnem Venerabilis Dei famuli Ioannis de Avila Magistri nuncupati Beatificationem. Quae cum ita sint Nos Hispaniensium Sacrorum Antistitum votis annuentes, auctoritate Nostra Apostolica, harum litterarum vi facultatem facimus ut Venerabilis Dei famulus Ioannes de Avila presbyter saecularis Magister nuncupatus Beati nomine in posterum nuncupetur, eiusque lypsana sive reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae publicae fidelium venerationi proponantur, atque Imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate nostra concedimus ut de illo recitetur officium et Missa de communi Confessorum non Pontificum cum orationibus propriis per Nos approbatis, iuxta Rubricas Missalis et Breviarii Romani. Huiusmodi vero officii recitationem, Missaeque celebrationem, fieri dumtaxat praecipimus intra fines Diocesum Toletanae, Cordubensis, et Prioratus Cluniensis ab omnibus Christifidelibus qui horas canonicas recitare teneantur, et quod ad Missas attinet ab omnibus sacerdotibus tam saecularibus quam regularibus ad Ecclesias in quibus agitur confluentibus. Denique concedimus ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Dei Servi Joannis de Avila supradictis in

templis celebrentur cum Officio et Missis duplicis Maioris ritus; quod quidem fieri praecipimus die per Ordinarium definienda, intra primum annum postquam eadem solemnities in Basilica Vaticana celebrata fuerint. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrorum Rituum Congregationis subscripta sint, et Sigillo Praefecti munita eadem prorsus fides in disceptationibus etiam iudicialibus habeatur, quae Nostrae voluntatis significationi hisce litteris ostensis haberetur. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die VI Aprilis MDCCCXCIV. Pontificatus Nostri Anno Decimo-septimo.

M. CARD. RAMPOLLA.

---

## SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO

---

A fin de evitar trámites inútiles, S. Sria. Ilma. y Rvma. el Obispo, mi Señor, me ordena advertir á los párrocos y ecónomos, que, al solicitar licencia para ejecutar alguna obra en sus iglesias respectivas ó adquirir cualesquiera objetos del culto por cuenta de los fondos de fábrica, fuera de la cantidad que les está autorizada, acompañen siempre en el primer caso un sencillo presupuesto formado por persona competente y en el segundo expresen el costo aproximado, manifestando además en uno y otro la cantidad existente en dichos fondos.

Burgo de Osma 14 de Mayo de 1894.—Dr. CÁNDIDO MORO, *Canónigo Secretario*.

---

## NOTICIAS DE NUESTRO ILMO. Y RVMO. PRELADO.

---

En el último número de este BOLETIN, correspondiente al dia 30 de Abril próximo pasado, solo pudimos dar

una noticia escueta acerca de la llegada de nuestro Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo á la ciudad de Soria en la tarde del 29; pero ya indicábamos que el recibimiento de los sorianos al venerable Prelado, que por vez primera iba á visitarlos, habia sido tan cariñoso y entusiasta, cual cumplía á los católicos sentimientos de los buenos hijos de la pátria de San Saturio.

En efecto, deseada como era por todos con vivas ánsias la presencia del Pastor celosísimo de nuestras almas,—dice una carta que de allí nos escribe persona respetable,—al saberse ya definitivamente el dia de su llegada, aprestáronse Autoridades, Corporaciones, Asociaciones piadosas y todas las clases sociales de la culta capital de esta provincia, á tributar á S. Sria. Ilma. y Rvma. una expresiva demostración de profundo respeto hacia la dignidad sagrada, con que se halla investido, y del afecto vehemente, que, á cuantos se le acercan, sabe inspirar, con las prendas personales que tanto le enaltecen. El dia 29, sobre todo, desde las primeras horas de la mañana notábase en la numantina ciudad animación extraordinaria y la alegría se retrataba en todos los semblantes. En elegantes carruajes se adelantaron al encuentro de S. Sria. Ilma. y Rvma. comisiones del Cabildo Colegial y Ayuntamiento de Soria hasta Villaciervos, cuyos vecinos habian levantado tres arcos de follaje en obsequio del Prelado, quien al llegar se dirigió á pié en medio del Párroco y Alcalde á la Iglesia parroquial, donde tras breve oración bendijo á aquellos sencillos fieles, retirándose á la casa rectoral, en la que dicho Ilmo. Cabildo habia dispuesto se preparase comida para el Ilmo. Prelado, á quien acompañaron en la mesa los dos Sres. Capitulares de esta Santa Iglesia, que el Cabildo Catedral envió para asociarle en su primera visita á la Capital, las referidas Comisiones colegial y municipal, los Párrocos de Villaciervos y Carbonera, y el Vicesecretario de Cámara.

A las tres de la tarde partió S. Sria. Ilma. y Rvma. para Soria, y en el citado pueblo de Carbonera le aguardaban los Sres. Gobernador civil interino, Coronel gobernador de la plaza, Vicepresidentes de la Diputación y Comisión provincial, Delegado de Hacienda, Director de la sucursal del Banco de España, Ingenieros jefes de montes y caminos y otros distinguidos funcionarios y particulares, con quienes el Prelado cambió afectuoso

saludo. Más cerca ya de la capital, en el sitio llamado Cruz de Golmayo, cumplimentó á S. Sria. Ilma. y Rvma. el Excmo. Ayuntamiento en corporación, precedido de maceros, y allí se formó el orden de la comitiva, pasando el venerable Prelado al carruaje descubierto que tenía preparado el Ayuntamiento, y acompañándole en el mismo los Sres. Gobernador, Alcalde y Vicepresidente de la Diputación. A este elegante carruaje precedía un piquete de la guardia civil y dichos maceros, y seguía-le larga fila de coches con las demás Autoridades, Comisiones y otras personas respetables.

El viento excesivamente fuerte y frío, que reinaba aquella tarde, no fué parte para impedir que una gran muchedumbre saliese á las afueras de la ciudad, ansiosa de aclamar á su Pastor amantísimo y de recibir sus primeras bendiciones. En calles y balcones agolpábanse las gentes, saludando al Prelado con demostraciones del amor más entrañable, y arrojando á su paso poesías y flores. Entretanto flotaban en el espacio el estampido de los cohetes, los alegres repiques de las campanas de parroquias, conventos y ermitas, y los armoniosos acordes de las bandas provincial y municipal de música, formando todo ello un conjunto indescriptible. Recibido S. Sria. Ilma. y Rvma. en la magnífica Iglesia Colegial por el Ilmo. Abad, Cabildo y clero parroquial, cantó la capilla el *Te Deum*, dió el Prelado la bendición solemne, y seguidamente se dirigió á pié, acompañado de lucidísimo cortejo, á la Casa episcopal, no sin que todas las clases se disputaran el honor de besar el pastoral anillo.

Complacidísimo S. Sria. Ilma. y Rvma. del cariñoso y ensusiasta recibimiento del pueblo soriano, dió las gracias más expresivas á todos los que de cerca le habían acompañado y manifestó de manera especial su satisfacción á las Autoridades locales. Por la noche le obsequiaron estas con brillante serenata. No debemos tampoco omitir lo mucho que contribuyeron al esplendor de tan tierno espectáculo los hermosos arcos dedicados al Prelado, con oportunos emblemas é inscripciones, por el Cabildo, Clero, Congregación de San Luis Gonzaga y Asociaciones del Sagrado Corazón de Jesús y de Hijas de María.

Sabemos que desde entonces ha continuado recibiendo el Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo los testimonios más inequívocos de respeto, adhesión y amor de todo

Soria, que se goza con la presencia del Prelado, como se gozan los buenos hijos con la presencia del padre amantísimo, que no tiene otras miras que su bienestar y prosperidad, y á quien, para proporcionárselos, se le hacen suaves todas las fatigas y dulces cualesquiera sacrificios.

El carácter oficial de este BOLETIN nos impide entrar en otros detalles y más todavía repetir las lisonjeras y justísimas alabanzas, que, en correspondencias particulares y en la prensa soriana, se tributan al esclarecido Prelado, que la divina Providencia ha puesto al frente de esta religiosísima grey oxomense, y que con su apostólico celo, virtudes evangélicas y relevantes dotes personales, se ha conquistado en breve tiempo los corazones de todos sus diocesanos.

---

**Agregación de esta Santa Iglesia Catedral  
á la Basilica de San Juan de Letrán.**

---

Entre las gracias obtenidas por nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado, con ocasión de su peregrinación á Roma, en beneficio de sus amados diocesanos, hállase el diploma por el cual esta Santa Iglesia Catedral ha sido agregada *durante quince años*, á contar desde el día 27 de Abril último, á la Basilica de San Juan de Letrán, madre y cabeza de todas las Iglesias, y en cuya virtud se podrán lucrar las siguientes indulgencias:

I. *Plenarias*. En los días de la Ascensión del Señor, de la Natividad de San Juan, de San Pedro y San Pablo, de San Juan Evangelista y de la Dedicación de la Basilica de Letran (9 de Noviembre), confesando y comulgando, y visitando esta Iglesia Catedral, con la expresa condición de rogar por la exaltación de nuestra santa Madre la Iglesia, extirpación de las heregias y por la paz y concordia entre los Principes cristianos.

II. *Parciales*. En las fiestas de los demás Apóstoles, á todos los fieles que, arrepentidos y confesados, visitaren la referida Catedral, rogando por los fines dichos, se conceden *siete años y siete cuarentenas* de perdón.

III. Item, los que desde la primera Dominica de Adviento hasta el día de la Natividad del Señor y desde el miércoles de Ceniza hasta el Domingo de Resurrección,

verdaderamente arrepentidos con propósito de confesarse, hicieren la referida visita rogando por los mencionados fines, todos los dias que la hicieren ganarán *cuatro años y cuatro cuarentenas* de perdón. En cada uno de los demás del año *cien dias*.

IV. Los que en los dias de estación en la Basilica Lateranense señalados en el Misal Romano, á saber, el primer Domingo de Cuaresma, el Domingo de Ramos, Jueves y Sábado Santo, Sábado *in Albis*, Feria tercera de Rogaciones y Sábado de la vigilia de Pentecostés, hicieren la mencionada visita rogando por los mismos fines, con afecto de penitencia y propósito de confesión, ganan las Indulgencias estacionales, como si personalmente visitasen la Basilica de Letrán.

Por concesión de la Santidad de Pio VI son aplicables todas estas indulgencias á las ánimas del Purgatorio.

—◆—

### Subscripción diocesana para el Dinero de San Pedro.

~~~~~

|                                            | Reales | Cts. |
|--------------------------------------------|--------|------|
| <i>Suma anterior.</i> . . . . .            | 6668   | 92   |
| El párroco de Zazuar. . . . .              | 20     | »    |
| Idem de Quemada. . . . .                   | 20     | »    |
| Idem de Morcuera. . . . .                  | 40     | »    |
| D. Pedro Pascual de Areitio. . . . .       | 8      | »    |
| » Fermin Jimenez.. . . .                   | 8      | »    |
| El párroco de Hinojosa del Campo.. . . .   | 100    | »    |
| El párroco y feligreses de Bocigas.. . . . | 60     | »    |
| El párroco de Boos. . . . .                | 20     | »    |
| Idem de Osma. . . . .                      | 48     | »    |
| Idem de la Horra. . . . .                  | 100    | »    |
| Idem de Estepa de San Juan.. . . .         | 20     | »    |
| Idem de Campillo. . . . .                  | 40     | »    |
| De la parroquia de Atauta. . . . .         | 4      | »    |
| <i>Suma y sigue.</i> . . . . .             | 7146   | 92   |

—◆—

## MOVIMIENTO EN EL PERSONAL.

CLERO COLEGIAL.—Vacante, como es sabido, la Canonía Magistral de Soria, por promoción de su último poseedor D. Fructuoso Sanz á igual prebenda de la Santa Iglesia Catedral de Palencia, y publicados edictos para su provisión, se mostraron opositores los señores Lic. D. Juan Plaza y García, Coadjutor de Berlanga, Obispado de Sigüenza; Lic. D. Victor Hernando Olarte, Catedrático y Vicerrector del Seminario Conciliar diocesano; Lic. D. Santiago Gomez Santacruz, Catedrático del mismo; Dr. D. Tomás Ruiz, Cura párroco de Sanfelices, Obispado de Tarazona; y Doctor D. Pedro Herránz, párroco de Valvedizos, en dicho Obispado de Sigüenza.

Después de verificados los correspondientes ejercicios bajo la presidencia de nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado, procedióse el día 13 por Su Sria. Ilma. y el Abad y Cabildo á la censura de los mismos, obteniendo la aprobación unánime todos los opositores, y seguidamente á la elección canónica, que recayó en el Sr. Plaza, el cual recibió en el acto la colación é institución é inmediatamente tomó posesión.

## GUIA ECLESIASTICA DE ESPAÑA.

La utilidad de un libro que contenga los nombres, cargos y residencia de todo el clero secular y regular de España, y el interés que debe inspirar á sus individuos la exactitud de los datos, son motivos suficientes para que nuestro Ilustrísimo Prelado se digne recomendar al venerable Cabildo Catedral, al Seminario, á los Sres. Arciprestes y á las Comunidades Religiosas, que reciban con benignidad las hojas estadísticas que la dirección de la mencionada *Guía* les envíe, llenándolas según las indicaciones de las mismas y devolviéndolas á su destino, para lo cual tendrán pagado el porte é impresa la dirección.

---

**Sumario de este número.**—Encíclica de Nuestro Señor el Papa León XIII sobre el estudio de la Sagrada Escritura (texto latino, conclusión).—Breve de Beatificación del V. Siervo de Dios Juan de Avila (texto latino).—Aviso de la Secretaria de Camara sobre licencias para gastos extraordinarios de fábricas parroquiales.—Noticias de Su Sria. Ilma. y Rvma.—Agregación de la Santa Iglesia Catedral á la Basílica de San Juan de Letrán.—Subscripción diocesana para el Dinero de San Pedro.—Movimiento en el personal.—Guía eclesiástica de España.

---

*Burgo de Osma.—Imp. de Francisco Jiménez.*